

**Disertatio inauguralis medico-practica de colica ... / submittit Joannes Hanke.**

**Contributors**

Hanke, Johann.  
Universität Wien.  
Royal College of Surgeons of England

**Publication/Creation**

Viennae : Typis Antonii Kroys, 1784.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/p8y5cnwz>

**Provider**

Royal College of Surgeons

**License and attribution**

This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>


# DISSERTATIO

INAUGURALIS  
MEDICO - PRACTICA

DE  
COLICA

QUAM

ANNUENTE INCLYTA FACULTATE  
MEDICA



IN  
ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA  
UNIVERSITATE VINDOBONENSI

PUBLICAE DISQUISITIONI  
SUBMITTIT

JOANNES HANKE

SILESIUS  
MEGA - KUNZENDORFFENSIS,

DISPUTABITUR

IN UNIVERSITATIS PALATIO

DIE MENSIS ANNO  
MDCCCLXXXIV.

---

VIENNÆ,

TYPIIS ANTONII KROYS.

L. B.

Temporis iamjam finiendi anni studiorum curriculi angustiis pressus, & mirum quam cupide ad longævorum laborum meorum demum metam properans, magna, ea que lapidi lydio theoreticorum probanda, perficiendi impos factus, hæc tenuicula trado quæ benignus accipe velim, &, si fata tularent, olim præstature majora fave.



**O**mnis dolor intestinorum colica dicitur. Etimologia nominis ab intestino colo, sed male, cum rarius in intestino colo, potissimum in ileo morbi sit hospitium, & fortassis colon intestinum tam acute non dolet, cum videamus fœcibus durissimis diu sine ullo dolore esse refertum. Neque fortassis aliter, quam in dysenteria erosum, inflamatum, ex-ulceratumque dolet.

PROGNOSIS ad causarum discrimina, doloris vehementiam, alvique obstructionem, & febrém reddit; quo nomine colica, et si levis morbus videatur, saepe periculosissima, acuta, brevique lethalis esse potest. Aliquando enim plures cauſæ manifestæ simul possunt adesse; e. g. metastasis quædam, & inflammatio, vermes, & inflammatio conjuncta, præser-tim in pueris. Unde multi febre ve-rissi-

rissima inflamatoria sub hoc morbo inter alia symptomata soporosi , convulsivi , & cum retentione urinæ extinguntur. Qui sæpius à quacunque causa hoc malo laborant , præsertim cum rebelli alvi obstructione , in iis metus est , ne aliquando in inflammationem intestinorum , ileumque incident . Qui sæpe àlioquin torminibus colicis conflictantur cum doloribus dorsi , & lumbarum , pedumque œdematibus , flatibusque crebris , his tympanitis instat . Quod si vero colica sine alia causa manifesta , alvo tarda , fœcibus pallidis infestet , metus est , ne lateant calculi vesicæ felæ , & icterus brevi post erumpat , isque rebellis , & diuturnus .

In curatione facile patet , sedulo præ oculis habendum esse causarum omnium manifestarum catalogum , neque statim ad præscribendas essentias carminativas , anticolicas , & ejus generis recurrentum fore ; cum morbus hic vulgo neglectus , & in levioribus habitus aliquid monstri alere possit . Attendantur probe ad causam manifestam , ad febrem , quæ si adest , semper anguis latet in herba , eo periculosior , quo levior .

vior febris, id est, debilis, & celer pulsus est. Porro ad alvi obstructio-  
nem, atque ad dolores, an hi vehe-  
mentes sint, brevibus intervallis rede-  
ant; ad linquam, an sieca; ad oculos,  
faciemque, an naturalis vigor adsit,  
nec ne.

SPECIES ob diversitatem causarum di-  
versæ sequentibus numeris conti-  
nentur.

I. SPECIES INFLAMMATORIA, qnæ in  
intestinis tenuibus frequentius cum tota  
caterva symptomatum phlogoseos occur-  
rit: nempe cum horrore, dolore acu-  
to, fixo, increscentia abdominis, pulsu  
duro, crebro, siti magna, vomitu, alvi  
obstructione; quandoque tamen alvis  
tenuis excernitur, & gravidis periculofis-  
sima est. Singultus, oculi calliginosi,  
pulsus debilis, mortem nuntiant. Levi-  
or est, si metaca, gravior, imo gravissima  
si sit compleata cum biliosa, putrida,  
verminosa, cum variis affectibus capi-  
tis &c.

Cura meracæ largis venæ sectionibus, clysteribus emollientibus cum melle mercuriali, ad quinque, sex uncias, iisque repetitis; fomentis, & decoctis emollientibus; verbo: toto apparatu antiphlogistico absolvitur. Specialiter notes, venæ sectiones hic eousque fieri debere, quo usque pulsus, & vires ægri ferunt, & clysmata non cum nimio impetu, nec magna dosi applicari. Si vero pulsus tremulus, inæqualis; vesicantia, & camphora exigua dosi, indicantur. Si vero sequatur suppuratio, non lac, sed serum lactis, decocta ex virga aurea, veronica exhibebis. Si vero ad finem febris lenta remaneat, ad corticem vulnerariis nuptum tanquam ad sacram anchoram refugiendum est; ultimo ad aquas spadanas, & cibos solidiores.

Si vero complicata, primum tamen indicans inflammatio est, ita tamen, ut respectus morbi complicati habeatur, qui pro re nata, vel largiores, vel pauciores venæ sectiones determinat; & sufflamminata inflammatione morbus complicatus cicuratur.

**II SABURALIS**, quæ vel est PITUITOSA, BILIOSA, vel PUTRIDA &c. ratione nempe hospitantis materiei in primis viis.

PITUITOSAM, otium, ingluvies, cruditates, hyems prima, & ver initians, corpora debilia, sexus sequior, hypochondriaci, clyma humidum palludosum constituunt.

INDICATIO curativa eonsistit in attenuatione, solutione, incisione & evacuatione pituitæ, v. g. sapone veneto, extracto amaricante, bile taurina inspissata, alœ, gummi ferulaceis, massa pillulari rufi, salibus, aquis mineralibus, clysmatibus fortioribus &c. obtinetur.

BILIOSA a constitutione annua, calore, ira, spirituosis, carnibus ferinis, nimio corporis motu &c. generatur. Est cum urina pauca, ruffa, siti, calore naturali majore, amaritie oris, dolore potissimum in duodeno, pulsu celeri, non adeo duro, vomituritione, & saepè alvi obstruktione. Aetas juvenilis, & abusus spirituorum venæ sectiones postulant. convenientia omnia solventia, evacuantia, & putredini resistentia, ut

funt omnia acescentia, ut tamarindi, acetosa, taraxacon, serum lactis, & sic porro. Si ingens nausea, emeticum cum sale. Si Facies collapsa, pulsus debilis, tunc externe fomenta ex melissa, mentha. Et si vomitus simul adsit, clysma cum opio, & quoque interne opium. Si vero cesset, tunc serum lactis tamarindinatum prodest. Aromatica, & spirituosa vitentur. Si pulsus non celer, non durus est, pillulæ cum extractis amaricantibus, sapone veneto, & gummi ammoniaco &c. convenient.

**PUTRIDA** eadem fere ratione uti prior curatur, respectu tantum habito ad febrim.

**III. RHEUMATICA**, seu Rheuma intestinorum, itaque est vel inflammatorium, vel biliosum, vel pituitosum, cum vel sine febre.

**CURA** secundum naturam rheumatis, & absente inflammatione præprimis ab initio in promovenda diaphoresi consistit, quod infuso fl. chamomillæ, & theriaca andromachi &c. perficitur.

**IV. NEPHRITICA**, si ab inflammatione, cura antiphlogistica, si ab infarctu non inflammatorio, solventia cum diu-

reticis, si a calculo, & in simul nausea,  
& vomitus comites sunt, prius paregoricis  
sistantur; dein oleosa, præcipue  
vero oleum lini ore, & ano, quod fo-  
menti instar renibus est, item & lenia ca-  
thartica; dein lac cum aquis felteranis,  
aut egranis, infusio rad. foeniculi, pe-  
trosolini, baccarum juniperi, serum lac-  
tis cum melle, succus herbarum, & sic  
ulrra.

**V. METASTATICA** a scabie, arthriti-  
de, erysipellate, curatur suis methodis.

**VI. HEPATICA**, a calculis hepatis.  
Hic expediendæ viæ emolliendo, rela-  
xando, solvendo, verbo: omnibus, quæ  
calculi iter promovere valent, v. g. de-  
cocto hordei cum melle, succis grami-  
nis, taraxaci, cichorei, fumariæ &c.  
urgente dolore oleosis, paregoricis.

**VII. STERCOREA**, in iis, qui alimen-  
tis abutuntur, quæ multas generant foe-  
ces, observatur. Dolore colico, sed  
non adeo acuto, & raro cum febre sti-  
patur, stercorea in intestinis tanguntur;  
cavendum a fortioribus purgantibus, sed  
unguenta emollientia, jura pinguis, ea-  
lida, clysmata oleosa, dein manna. Si  
mucus adest, sapo venetus, vel there-

binthina cum vitello ovi subigitur. Notes, tam diu insistendum esse evacuantibus, quam diu cum his adhuc alvus scibalosa, aut pultacea excernitur &c.

VIII. FLATULENTA, abdomen inflatum est, & pressione abdominis dolor non augetur; foeces duræ, & siccæ, ideo clysmata ex oleo omni hora, dein cum sale gemmæ, & inunctiones cum unguento calendulæ, & oleo menthæ. Si pulsus celer, & durus, Venæ sectio, dein v. g.

R Semin quatuor. calid. min. à dr. jj infund. in f. q. aq. fervid p.. 1/4 hor colatur. unc. XIV. adde sal thermar. carolinar. dr. vj syrup. V, rad. aperient. unc. jj M. d. u.

Et si non juvat opium datur. In pallidis, & frigidis infusum menthæ, vel eleosachar. menthæ v. g.

R Eleosach menth. dr. jj.

Aq. menth. unc. jv.

Sp. sal. dulc. gtt. XXX.

M. f. öi 6to. minuto cochl.

Si alvus obstruta pill. ex sapone venero, gum. ammoniaco, & massa pill. Ruffi, cucurbitæ abdomini applicatæ etiam profuere.

**IX. PICTONUM**, a plumbatis, & arthritide vaga &c. inducitur. Hic ventris adest introtractio, qui in aliis speciebus tensus, & elevatus est; sequitur saepe paralysis manuum, pedumque, quae paralysis, si adest, signum pathognomicum hujus morbi est. Estque subinde cum, subinde sine febre, subinde morbus acutus, subinde chronicus per plures annos durans. Si vires ferunt venæ sectio, clysmata emollientia, oleosa, & externe unguentum Altheæ, & cataplasma ex lacte, & sapone veneto &c. interne v. gr.

R<sup>o</sup> Olei amygdalar. recentiss. press. mann. elec<sup>t</sup>. à unc. jjj.

Vitel. ov. q. f. ut f. pfecta miscela.

S. öi 1/2 hor. cochl.

Si vero alvus jam liberior tum v. gr.

R<sup>o</sup> Syrup. mannat.

Olei amygdalar. dulc. recentiss. press. à unc. jjj.

Vitel. ov. q. f.

S. öi 2hor. 2. cochl.

Et dein iuscula pinquiora carnium, et si cessent globosa cibula, tamen continuandum.

Colica vero pictorum ex arthrite orta curatur initio uti prior, dein vero: v. gr.

R<sup>o</sup>.

**X** Antimon. crud. gr. vjjj

Fl. Sulphur. gr. x.

Sachar. alb. Scrup. j.

M. d. u.

Et decoctum sassaparillæ, aut pulverem apyrethi; si vero dolor post assumptum antimonium in ventriculo oriatur, signum est autem assumptorum acidorum, ideo inter usum antimonii vel acida prohibenda, aut lapides cancrorum exhibendi sunt

**X.** AB ANEURISMATE interno. In hac invadebis quietem, venæ sectiones parvas, repetitas, nitrum, mannam, cassiam, vietum tenuem, & ut alvus leniter solvatur.

**XI.** SCIRRHOSA Remedia hic sunt o. c. vietus tenuis ex fructibus horræis, serum lactis, clysmata, terra foliata tart. levi dosi, cicuta, aconitum &c.

**XII.** HERNIOSA, in omni herniosa colica tentanda est repositio præmissis præmittendis; ceterum curatur ratione naturæ colicæ, vel ut inflammatoria, flatulenta, stercorea, rheumatica, a dyspeptis &c.

**XIII.** A DISPEPTIS seu assumptione corporum indigestibilium, ut a nucleis pericorum, mespillorum, officulis animalium

lium &c. præsertim si in una parte intestinorum coacervantur. Indicantur purgantia, enemata. In deglutitis spinis ossium, animalium, piscium, laudantur oleosa, atque lenia eccoprotica, sed medicus optimus natura.

XIV. PERIODICA. a latitante febre sub larva, cura febris intermittentis evacuatis primis viis, per corticem.

XV. HYSTERICA, & hypochondriacorum. Urina copiosa, aquosa, syncope, palpitatio cordis, globus hystericus, vomitus, materia viridescens per alvum &c. hanc comitantur. convenienter cæteris paribus laudanum, castor: essentia castorii, asa foetida, & spiritus cornucervi tum radix Valerianæ, cort: peruv: limatura martis, gummi ferulacea.

XVI. MENSTRUALIS. Alia est antecedens, alia concomitans, alia a suppressione. Hæc secundum diversas causas, diversimode curatur v. gr. si a plethora; venæ sectione, diluentibus; si a debilitate, laxitate vasorum, purgantibus, dein roborantibus. Si a nimia irritabilitate, nervinis, antespasticis, ut tinctura succini, opio, optime vero roborantibus, cortice peruvianæ. Si a r*gi-*

gidity, vasis strictis, emollientibus, ut aqua tepida supposita.

XVII. HÆMORRHOIDALIS. Omnia quæ de menstruis dicta sunt, hic quoque applicabis v. gr. emollientia, oleosa, enemata, venæ sectiones, alöetica, determinantia versus inferiora, sanguifugas, aperturam lanceola factam; omnia pro ratione canisarum.

XVIII. gravidarum: in gravidis plerumque acidum peccat, hinc antacida si debilitas irritabilitasque peccet, una alterave drachma corticis peruviani die. In distractione partium cura palliativa.

XIX. PARTURIENTIUM, dolores spuri biduo, aut triduo ante partum parturientes infestant, hos venæ sectio aliquando instantanee curat, quin repeti debeat. Pluriuum etiam huc faciunt enemata ob fœces duras, quibus expulsis uterus liberior fit, & ratione causæ etiam opiate.

XX. PUERPERARUM: si ab acrimonia mucilaginosa; si ab inflammatione, apparatus antiphlogisticus, enemata, oleosa, refrigerantia, potus oleosi cum prudenti paregoricorum usu, maxime tamen observandum, ne lochia turbentur. Si

do-

dolores extremiti spasmos minentur , ad opium purum , non ad laudanum refugiendum foret.

**XXI. AB ACRIMONIA** , cura generalis , mucilaginosa , involvens , oleosa , specialis vero dirigitur secundum naturam acrimoniae , aut veneni.

**XXII. VERMINOSA.** Antihelminticis curatur.

**XXIII. A MOECONIO** , quod evacuandum est , optimum purgans matris lac serosum est , si hoc insufficiens , sapo venetus vitell. ovi solutus & syrupus cichor. c. rheo , & aqua fœniculi. Si vero dolores nimum urgeant , enema ex duabus unciis seri lactis melle mixtis convenient.

**XXIV. LACTANTIUM.** A pultibus acescentibus , & lacte , utatur antacidis , solventibus , eccoproticis , leniter tonicis & roborantibus , ut lap. cancr. sapon. venet. syrup. cichor. cum rheo , cum oleo tart. per deliq. & aqua fœniculi. In infantibus cavendum est ab opiatibus , & oleosis , ab opiatibus quia infantes hebetes , & inepti fiunt. Ab oleosis aromaticis , quia inuncto ventri inflammatio caufaretur.

THE-

---

# THESES

## I.

In colica non datur remedium specificum universale

II. Dispositio ad colicam extra paroxysmum mutanda est.

III. In colica hæmorrhoidalí sauguisugæ plus remedii fetunt , quam largissimæ venæsectiones.

IV. Scirrus ventriculi , & intestinorum non curatur sapone & saponaceis.

V. Errant illi magnopere , qui vires ægri ex solo pulsu volunt mensurare.

VI. Subita transpositio materiæ rheumaticæ nec lege circulationis , nec communicatione cellularum telæ cellulofæ explicari potest.

VII. Exanthemata qualiacunque in primis morbi diebus perstantibus viribus , & pulsu duro , forti , magno , venæ sectionem non prohibent , sed potius jubent.

VIII. In convulsionibus infan tum melius subinde est curare nutricem , quam infantem.

---

